umq cerneret, cum summam in populo licentiam cerneret
Divino Zelo instinctuq ductus, è cella tenebris ad in
ferendum veræ fidei lumen, ad abigendas depellendasq
hæreticorum nebulas. ad discutiendas peccatorum tenebras velut
aurora prodibat, idq non solitudinis tædio, sed Dei consilio
non humano respectu, sed Dei nutu prodiit atq processit,
hîc ego te trifaux Acherontis Cerbere testem appello, ad
estum adesto, crudelis, abominanda, cruenta bestia quot ille mi
serandas animas nunquid, quot deploranda spolia e faucibus
tuis illis tuis horrendis faucibus eripuit extraxit et extorsit, sibiq
ipsis qui teterrimo Stygis tyranno iam se mancipaverant, Deo
Creatori, quem deseruerant, Cœlo deniq quod amiserant reddi,
dit restituitq, possent hæc non immerito omnium animos in
admirationem rapere, eósq veluti Sirenum cantus stupore
quodam tanta virtutis absorbere, mihi verò dum summa om,
nia præstantissimáq in Eusebio fuisse considero, non tam ad
miratione digna videntur, quid enim oro obtestorq vos Stud.
benevoli, prophetico illo spiritu magnificentius? quid Ap,
ostolico illius Zelo et gratia ardentius? quid veneranda illa
senis canitie venerabilius? quid Angelico illius vultu ad gravi,
tatem composito gravius atq modestius? sed quid illa nunc
leniter obiurgantis, nunc placidè commonentis, nunc suaviter
paternè fideliterq instruentis voce dulcius quid in animis
audientium efficacius? taceo summam in curiosa plebe